

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

7 [i.e. 8] Priuati ne sint infideles, vel priuari possint potestate, & dominio  
circa fideles.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

# Tract. IV. Disp. II. Punct. VIII.

277

ipsi deviant, per accidens est, & Deo tunc punienda relin-  
quuntur.

Ad quantum dico nullam reperiri nationem ita barbaram,  
qua aliquod modo gubernari non posset, quod si de facto re-  
pertirentur, tunc quidem subiungari posset, non titulo religiosis,  
sed defensionis natura humana. Deinde cum barbari dicun-  
tur natura serui non est intelligendum, quasi illos natura ser-  
uos constituerit, hoc enim falso est; sed quia natura illos ad  
seruendum apatos constituit. Econtra vero ingenio valentes  
apostolos ad dominandum, & regendum effecti.

Ad confirmationem dico, Romanos potuisse barbaras ali-  
quae nationes subiungere, quia iure carum dominium sibi com-  
petebat; alias tamen tyrannice inaudiebant; sed quia bonis mo-  
ribus eas instruere curabant, de hoc secundo laudantur a D.  
Thom. & Auguft.

## P V N C T V M V III.

Priuati ne sint infideles, vel priuari possint potesta-  
te, & domino circa fideles.

1 Infideles baptizati priuari possunt, & de facto priuantur  
domino, & iuri/dictione in fideles.

2 Infideles Christiano principi subiecti non possunt in Chri-  
stianos iuri/dictionem habere.

3 Infideles subiecti Christiano principi priuatur dominio  
serui, eo ipso, quod seruus ad fidem conservatur.

4 Supradicti infideles subiecti Christiano principi priuatur  
familia fidelium.

5 Filiu infidelis si baptizetur, liberatur a patria potestate.

6 Infidelis Princeps Christiano principi non subiectus nequa-  
quam priuatur potestate gubernativa in fideles.

7 Ecce, nisi adsit periculum peruersioris.

8 Quid dicendum de potestate dominativa? Plures censem  
priuari infideles in seruos fideles.

9 Contrarium tenendum est.

10 Ratione periculi peruersioris, si proximum, & morale  
sit, poterit seruus eximi a servitute.

11 Sicut rationibus num. 8. adducitur.

1 Premitenda sunt in quibus Doctores conuenient, ut ini-  
de gradus faciamus ad ea, in quibus est controvicia. Primo certum est infideles baptizatis fidem negantes posse, &  
de facto ab Ecclesia puniri, ut constat ex rotu titulo de heretici.  
Tunc enim Ecclesia subdicit. Possunt ergo pro peccatis com-  
muni puniri, & coerceri.

2 Secundo certum est, infideles in Christiano regno, seu  
Principi Christiani subiecti, non posse iurisdictionem in  
Christianis habere. Et expressa decisio Innocent. III. in cap.  
cum sit nimis de Iudeis, & Saracenis, vbi pricipit grauerit ar-  
gu, & puniri per Concilium prouinciale eos, qui Iudeos, &  
paganos publicis officiis preficerent & Christianos omnes ab-  
stineant communione illius infidelis, donec officium dimiserit  
& per illud acquisita in pauperes Christianos distribuerit. Idem  
laborat in cap. ax speciali, eodem tit. vbi cauerit, si eius iura rega-  
lia vendicantur, ad ea colligenda praeficiendum esse Christianum  
non suspectum: & in cap. nulla, diffin. 24. & cap. confessus, 17.  
qusi, 4. excommunicatio ferenda imponitur committentibus  
hac minera, & officia publica Iudeis: confemit lex vls. Iu-  
fini, C. de Iudeis. Ratio est manifesta, quia Princeps Chri-  
stianus, cui illi infideles subduntur, liber est in committen-  
da hac iurisdictione, cum nomine ipsius inferiores iudices  
gubernent. Ergo potest committere illis personis, quas ad  
tunc gubernationem aptiores esse iudicauerit, & illas exclu-  
dere, quas paci, securitati, & bono religionis inepias, vel mi-  
mis idoneas esse censer. Ergo potest ob hanc caulanam Iudeos,  
& paganos excludere a gubernatione, & officio publico. Dein  
de quibus Princeps Christianus subdedit est Romano Ponti-  
fici, quoniam ea que ad bonum fidei Pontifex expedire iudicau-  
tit, atque iudicauit expediens, ne in Christiano regno infide-  
lis iurisdictionem habeat in Christianis fideles, & sic prae-  
cepit, ut constat ex allegatis text. Ergo Princeps Christianus te-  
netur obediens. Finis autem huius constitutionis, & praecep-  
tum dignissimum, & honor nostra fidei, in cuius iugominiu[m] ce-  
debat, si infideles iudicio Christiani Princeps allumerentur ad  
gubernandum alios fideles, tacite enim iudicabatur illos aptio-  
res esse reliquias alii fidelibus ad gubernandum.

3 Tertio certum est infidelem subditudem Christiano Princi-  
pi priuari domino serui, siue vernacula sit, id est, ad serui-  
tatem parvus, sine ad seruitutem impetus, eo ipso quod ad fidem  
conseruatur, & empator preium amittit, habetur in l. Deo nobis,  
C. de Epif. & cler. & l. vni. C. ne Christianum mancipium, &  
cap. Iudeis, de Iudeis. Si autem seruus fidelis ab infidele ematur  
non ad seruitutem, sed ad mercaturam, debet intra tres menses  
vendi fidelem, alias seruus liber sine pretio exire: habetur cap.  
nulli Iudeos, de Iudeis, & Saracenis. Ratio huius constitutio-  
nis, et laus nostrae fidei, in cuius honore, potuit Princeps Chri-  
stianus, et laus nostrae fidei, in cuius honore, potuit Princeps Chri-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

stianus suos subditos infideles reddere incapaces dominio, &  
potestate dominativa seruorum fidelium: sicuti potest domi-  
nio aliarum rerum priuare, cum ad bonum reipublice, & re-  
ctam illius gubernationem iudicauerit expedire.

4 Quartu[m] certum est priuari infideles subditos Christiano  
Principi famularu[m] fidelium, co quod fideles prohibentur famu-  
lari iis infidelibus, pricipu[m] si Iudei sint, & Saraceni, habet  
ur in cap. ad hac, cap. esti Iudeos, de Iudeis, & Saracenis. vbi  
etiam prohibetur plurius Christianis nutrices esse filiorum  
horum infidelium consonat l. vlt. 5. vlt. C. de Episcop. & cleric.  
Adiutor famularum prohibetur in supradicto cap. esti Iudeos, &  
non excedi ad famulatum extra domum, qualis est, esse coloni,  
sive aduenticii, sive originarium in terris hominis infidelis,  
hoc enim conceditur in supradicto cap. quia in hac seruitute,  
qua propria non est, non reperiatur illa indecentia, & periculum  
peruersioris, ac in famulatu[m] domestico: & ita notauit Suarez ex  
communi sententia, dif. 18. sect. 5. n. 14.

5 Quintu[m] certum est filium infidelis si baptizetur, liberan-  
dum esse a patria potestate, ex cap. maiores, de Baptismo, ac pec-  
ticulo peruersoris exponatur. His potitis tanquam omnino  
certis.

Controversia est de infidelibus Christiano Principi non sub-  
iectis. An, inquam, Ecclesia eos priuat, aut priuare possit potes-  
tate tum iurisdictionis, tum dominij in Christianos fideles?

6 Et quidem de potestate iurisdictionis videtur mihi res  
indubitate, infideles priuatos non esse, immo neque ab Ecclesia  
directe priuari posse iurisdictione, quam habent in vasallo fia-  
deles ad illos gubernandos, et communis sententia Doctorum  
cum D. Thom. 2. quaest. 10. art. 10. & ibi eius expostores, Soto  
lib. 4. de iustit. quaest. 2. art. 2. Salmer. Adolorum 13. tract. 37. q[uaest.] 3.  
Coninch de fide, dif. 18. dul. 10. conclus. 1. num. 157. Suarez.  
dif. 18. sect. 3. num. 3. Valente. 2. 2. dif. 1. quaest. 10. para. 8. verific.  
si autem quaestio, & alij apud ipsos. Ratio est clara, quia iure di-  
uino ipsi priuati non sunt iurisdictione in subditos fideles, alias  
non consuleretur Petrus illis subiecti. 1. Petri 2. neque dicitur  
Paul. Roman. 13. eis inobedientes Dei ordinacioni resistere, &  
illis parendum esse proper conscientiam. Ex alia parte ab Ec-  
clesia, hac potestate priuari non possunt, quia Ecclesia non  
subduntur Ergo. Neque obstat locus Pauli 1. ad Corinth. 6. vbi  
reprehendit fideles qui in iudicio contendunt cum alio fidei  
apud infidelem Principem, vbi insinuat videtur Paulus Prince-  
pem infidelem iurisdictione care: non inquam, obstat, quia  
reprehensio Pauli non est, quod apud infidelem Principem ius  
petatur, sed quia malitiosè peratur, & ex vindicta: quod  
cum si occasio scandali, pricipue infidelibus, debet omnino  
vitari.

Dices: Esti Ecclesia ij infideles non subdantur, subduntur  
tamen fideles. Ergo potest Ecclesia fideles sibi subditos à iuris-  
dictione infidelis liberare ob dignitatem fidei, quam habent: in  
qua libertate non videtur iurisdictionem in infideles directe  
exercere, sed in suis subditos, tuendo eorum dignitatem, & eos  
a periculo peruersoris liberando.

Sed contraria est, quia si ob honorem fidei, & dignitatem fi-  
delium, qui filii Dei sunt adoptui, posset Ecclesia suos subditos  
fideles à iurisdictione magistratus infidelium liberare, id  
constare debet ex Scriptura, ex Patribus, vel Concilis: arne-  
que ex Scriptura, neque ex Patribus haec libertas constat. Ergo  
est afferenda, immo potius ex locis allegatis Scriptura colli-  
gitur his magistratus obedientiam esse diligenter, non tamen  
timore penas, sed proper conscientiam. Neque in hoc est ali-  
qua indecentia, sicut non est indecentia, quod seruus fidelis, &  
virtuti deditus homini praus moribus imbuto seruari, sed potius  
illu[m] subiectio confona est humiliati Christiane.

7 Ob periculum autem peruersoris, si vere periculum pro-  
ximum, & morale est, non solum ipsa Ecclesia, sed ipsi fideles  
a iurisdictione infidelium se subtrahere possunt, si alia via  
non sufficiat, si redendi securos, quia quilibet potest se de-  
fendere, & dannum immensum pascere, & impetrare. Item  
Ecclesia comissa est portitas continendi sibi subditos in fidei  
& bonis moribus. Ergo ad hunc finem necessarium est eos à  
iurisdictione infidelis Principis eximere, potest id efficere. Er-  
go, cum adest periculum peruersoris ex iurisdictione, potest eos a  
subiectio eximere; quod fieri non potest, nisi priuando  
Principem infidelem iurisdictione. Hac tamen potestas non  
est directa in infideles, sed indirecta, id est, solum quatenus ad  
bonum fidelium necessaria iudicatur. Neque requiritur ad co-  
gnoscendū hoc periculum peruersoris, expectare fidele esse per-  
tiersum; sufficit, si minus, vel importuna persuasione conetur  
infidelis illum peruertere: quia haec tentatio gravis iniuria re-  
putatur, quam merito fideles fugere potest, & Ecclesia illum à  
tali iniuria custodire. Adiutor tam optimè Suarez dif. 18.  
sect. 5. num. 7. & 8. duplicitate posse fideles à potestate infidelium  
liberari. Primo mutando domicilium & transiundo ad regna  
Principum fidelium, & hic modus etiam absque peruersoris  
pericolo fieri ab ipsis fidelibus potest. Quod si ab infideli Prince-  
pice hic liberationis modus impeditius inuare eos Ecclesia  
potest, & bellum aduersus impedientem mouere, ut ab  
iniuria facta desistat. Secundo, possunt fideles à potestate infi-

A a delium

DE  
ASTRO  
ALAY  
TOM.

delium liberari perseverando in regno infidelium, ex eo quod Princeps priuatur iurisdictione. At hoc fieri non potest, nisi adiut hæc conditiones. Prima, ut adit morale periculum, & proximum peruersio[n]is. Secunda, ut non sit alia commodior via vitandi illud periculum. Tertia, ne ex illa priuatione fequantur grauiora mala, quæ communiter timeri debent. Nam cum priuatio huic iurisdictionis fieri vix possit, nisi per depositionem Princeps, & hac tot malis solet esse exposta, efficiat sane magna opus esse circumscriptio[n]em in hoc remedio.

8 De potestate dominij maior est dubitatio, an Princeps infidelis priuari ea possit circa seruos fideles ob bonum, & honestam fidei? Affirmant plures cum duobus Thomæ 2.2.9.10. art. 10. etiam in ca[u]so quo nullum sit periculum peruersio[n]is. Lorca ibi, Bannus dub. vlt. concl. 4. reputat probabile Valent. 2.2. disp. 1. q[uo]d p. 10. p. 8. pag. 400. & c[on]tra adit periculum peruersio[n]is docet absolute, & addit hoc periculum communiter adesse ex communicatione, & habitatione fidelis cum infidelis: id[em]que posse Ecclesiastem eximere fidelium seruum a potestate infidelis, contentit Maled. 2.2. q[uo]d p. 10. art. 10. concl. 3. & 4. Et primum probatur, quod priuatio dominij fieri possit, etiam si non adit periculum peruersio[n]is solum ob fauorem fidei, quia hæc priuatio dominij non sit ab Ecclesia ex directa potestate, quam habeat in infidelis, sed ex iure quod habet defendendi, & tenui subditorum fidelium dignitatem, quæ negari non potest multum extollit, ex eo quod susceptione fidei à ferteitate libertetur. Secundū, ex conuersione vnus infidelis ad fidem altero in infidelitate permanente, dissoluitur matrimonium fauore fidei, & priuatur coniugis infidelis iuste acquisito, quod habebat; ergo etiam priuari poterit dominio seruum infidelis, ex eo quod ad fidem seruum conuerterat, quamus periculum peruersio[n]is absit. Verum si periculum peruersio[n]is adit, tunc videat necessarium concedendum, posse Ecclesiam à dominio seruitus fidelium liberare, quia in hac libertate solum exercetur defensio, & indicatio iuridictio. Tertiū, quia ratione infidelitas merent priuari dominio in seruis fidelis. Ergo executio huius meriti ab Ecclesia est facienda.

9 Ceterum dicendum existimo, per se loquendo, & ratione fidei, non potest Ecclesia fideles à dominio infidelium liberare, sic Naauar. summ. cap. 17. num. 103. & 104. supponit Molin. de iust. tit. 1. disp. 39. vers. quartu[m] est. Conat. in reg. peccatum. 2. p. 5. 11. num. 6. Suarez. disp. 18. de fide. 5. 10. Coninch. disp. 18. dub. 10. concl. 3. & 4. Turrian. disp. 52. dub. 1. Ratio est, quia nulli confitit à Christo confessam esse hanc potestatem; sed potius colligitur contrarium ex multis locis Scripturae, ubi mandator serui domini suis obediunt, ad Titum 2. ad Ephes. 1. Petri 2. & aliis. Quapropter in cap. 5. quis seruum. 7. qu. 4. grauius reprehendit suadens seruo fugam praetextu religiosum, si autem liber existeret, statu ei potest fuga, ip[s]e que liber eam atripere posset.

10 Secundo dico ratione periculi peruersio[n]is, si sit proximum, & morale, poterit tunc seruu eximi a seruitute; sed hoc non est speciale in seruo fidei respectu infidelis, sed in quoconque seruo respectu sui domini, si enim dominus ministrum vel periuersione importuna, seruum ad peccatum tentauerit pertrahere, poterit seruu ab illius domino se eximere, & Ecclesia poterit partes illius suscipere, & sibi subditum ab imminentia danno liberare, sic supradicti Doctores. Ex prædicta ratione habitatione fidelis cum infidelis, non centeo periculum peruersio[n]is adesse ita graue, vt possit Ecclesia dominum infidelem dominio serui priuare. Nam ip[s]e seruu non potest ob tale remorum periculum à seruitute fugere; quia non est necessaria fuga, vt se indennem seruet. Ergo neque Ecclesia poterit fugam præcipere, quia in tantum eam præcipere potest, in quantum ad seruandum indennem suum fidelem necessaria est. Addo grauius periculum adesse, cum seruo fidelis virtutis deditus habitat cum domino fidelis virioso, sed si dominus ad peccatum non perterrabit sua fuisse importuna, aut alia via iniuncta, non potest seruu dominum defere; quia illud non ceneretur graue periculum, cui Deo adjuvante, facilius moraliter non possit. Ergo neque erit cenendum morale periculum habite fidelem cum infidelis, si nulla adest vis, aut importuna fuisse ad peccatum.

11 Rationes contrarie non videntur. Ad primam contraitem aliquem esse fauorem fidei, si serui fideles ob fidem receptam a seruitute liberarentur, sed dicto longe maiorem esse eos non liberari, quia ex rati libertate redde-rentur odio fides infidelibus, & suspecta iniustitia. Item ipsi serui, vt libertatem obtinrent, forte simulare conuerterentur.

Ad secundam concedo matrimonium infidelium per confessionem viuus ad fidem a tero pertinacem manente dissolu[re] ex dispensatione Christi explicata per Paul. 1. Corinth. 7. Nogotamen idem esse dicendum in seruitute, quia nulli habetut Christum Dominum eximisse seruum fidelem à dominio infidelis ob fidei susceptionem.

Ad tertiam nego ob infidelitatem semper dignos esse infideles priuari domino, sed aliquando infidelitas est purè negligua, quæ peccatum non facit, quando autem infidelitas

positiva est, & peccaminosa: tunc admitto infideles dignos esse, vt dominio priuatur, sed priuandi sunt ab eo, qui eorum fuerit superior, non ab Ecclesia, quæ nullam in illos habet directam potestatem.

## P V N C T V M IX.

Quousque communicatio fidelis, cum infidelibus prohibita sit.

- 1 In ritibus, & supersticiose cultu iure natura prohibita est talia communicatio.
- 2 Non licet Catholico infidelem admittere ad sacramentorum receptionem.
- 3 Si fidelis immens peruersio[n]is periculum, iure natura prohibita est communicatio.
- 4 Iure Ecclesiastico prohibitum est fidelis admittere non baptizatum ad fidem, bene ad orationem.
- 5 Hereticus denuntiatu[r] virando est à fidelis in qua[m]que communicatione, quæ necessaria non sit.
- 6 Enumeratur casus, in quibus iure Ecclesiastico videatur communicatio fidelis cum infidelib[us] prohibita.
- 7 Familiaritas cum iudeis de se periculosa prohibetur.
- 8 Alij casus soli[m] prohibentur, cum iure natura prohibito accedit. Excepti unum, vel alterum.
- 9 Eius azymoris prohibetur, si patruis iudeo[rum]. & nō aliter.
- 10 Non licet iudeum vel saracenum ad medendum vocare, nisi urgente necessitate.
- 11 Item negat medicinas ab ipso applicatas recipere.
- 12 Ingressus in balneum cum iudeo, qua ratione prohibetur.
- 13 Quid de conniuis.
- 14 Nurire filios iudeorum extra illorum domus non videtur prohibitum.
- 15 Quid de familiatu[r].
- 16 Non licet Christiano iudeos heredes, vel legato[rum] facere.
- 17 Quando sit peccatum mortale in supradictis casibus communicatio.
- 18 Supradicta prohibitione de solis iudeis intelliguntur, ut probabilitus repeto.
- 19 Quis peccat in supradictorum casum probatione despiciat.

D[icitur] Vp[er]les esse potest communicatio, alii in rebus diuinis, alia in humanis, & politicas. Item potest esse communicatio fidelis, cum infidele baptizato, & Ecclesia subdit, vel cum infidele non baptizato. Ac denique prohibitio esse potest iure diuino, & naturali, vel soli[m] iure Ecclesiastico. Primum certum est iure diuino, & naturali prohibitam esse communionem fidelis cum infidelibus in suis ritibus, & supersticiose cultu, v.g. sacrificando, orando, & alia efficiendo, quæ ip[s]e infideles præstant. Ratio est clara, quia cum talis cultus intrinsecus maus sit, nequit vla ratione honestatis, alias idolatria extrema honestat pollet: An vero si eius la[bi]t[ur] & orationibus intermis, cenceras cum illis communicare, & quando te à peccato excusat potes, diximus supra, cum de confessione extrema fidei iisqueremur. Item an si cooperatio, & communicatio ad superstitiolum cultum vendere animalia sacrificanda iudeo[rum], vel Gentilium, dicimus in discollo.

2 Secundū certum non est licere Catholico admittere infidelem ad sacramentorum participationem, quia est incapax illorum fructus, quod si infidelis se per vim ingrat, poterit Ecclesia eum tanquam iniuriosum religioni repellere, & punire. Ex quo sit non licete fidelis cum infidele matrimonium contrahere, non solum ob periculum peruersio[n]is, sed etiam ob reuentiam sacramenti, quod non potest vnu[us] recipere, alio non recipiente.

3 Tertio certum est iure diuino, & naturali prohibitam esse fidelis communicationem cum infidelibus quibuscumque, si ex tali communicatione immens peruersio[n]is periculum, quia quilibet tenerit salutis suæ confulere, quod non ceneretur facere, quando periculosa, & nocua non vita. sic D. Thomas 2.2. q[uo]d p. 10. art. 9. ab omnibus receptus. Hoc autem periculum ex communicatione frequenter, & diuturna semper timeri potest, præcipue si Catholici simpliciores sunt, & communicatio sit cum iudeis, vel hereticis, qui nullam occasione omni trunca fideles animas peruerteri, vt bene relato Cyriano, Athanasio, & Ireneu[us] ponderauit Coninch. disp. 18. de fide, dub. 11. num. 137.

4 Quartu[m] certum est iure Ecclesiastico prohibitum esse fidelis admittere infidelem non baptizatum ad sacrificium Missæ, iuxta textum in c. Ep[ist]ola copia, de consecrat. distinet. bene tamen ad orationes priuatiss., ad concionem, & ad alia quæ Missæ Catechumenorum vocantur, vt confit ex supradicto text. Si autem ex admissione ad sacrificium speraret fructus aliquis specialis, vt ciu[us], vel alterius conuercio, tunc admitti posset infidelis non nominatum excommunicatus. Agyd. Coninch. disp. 18. dub. 11. n. 164.

5 Quinto certum est iure Ecclesiastico infidelem hereticum,